

och derföre skall bemälte Bengt och hans erfvingar gifwa oss åhrligen 4 pund smör widh Bar-tillmässo tijdh, och hålla gården med godh byggning sampt annan dagzwerke, som andre wåre torpare i Cumo pläga wara wan att göra. Daterat af Cumo försambling sancti Tiburtj et Valleriani dagh [*anno*]^c Domini 1372 med wårt och wårdt capitelz secret här under hängdt.

Två sigill markerade genom ”*Locus Sigilli*”.

^a *Över raden ms.* ^b *af af ms.* ^c *Saknas ms.*

X 165.

1372 april 15.

Magnus Välling ger dagen efter bröllopet till sin hustru Kristina Gisleddotter i morgongåwa alla sina gods i Askenäs (i Göteryds socken) med tillägor. För deras gemensamma barn skall gåwan gälla som moderne-, ej som fäderne-, men om makarna skulle dö barnlösa, skall den som överlever den andre ha full besittningsrätt till godsen. Bland sigillanternas märkes härads hövdingen i Sunnerbo härad, Karl Knutsson.

Orig. fanns i behåll ännu vid 1700-talets början (se nedan).

Avskrift [A] av E. Benzelius inhäftad i Peringskiölds Diplomatarium: Miscellanea diplomata, tom E 72 b, VHAA:s dep. i Sv. Riksark.; under texten med Benzeli hand: ”ex originariis descripsi Brunsbod 1706 mense Junio.”

Jfr Kristina Gisleddotters brev till förmån för Nydala kloster 1391 6/7 (RPB 2563).

Vniversis presentes^a litteras visuris seu auditoris Magnus Wælling salutem in Domino sempiternam. Tenore presentium constare volo omnibus evidenter, tam presentibus quam post futuris, me predilectæ consorti mee Cristine Gisladotter omnia bona mea in Asknæs sita cum omnibus suis pertinentiis, infra sepes et extra, in sicco et humido, prope vel remote, ratione dotis wlgariter dicte morghengawa in crastino nupciarum nostrarum omni legum plenitudine contulisse, tali prehabita condicione, quod si, Domino omnium bonorum datore largiente, liberos ad invicem procreaverimus, ipsis liberis nostris pro matrimonio et non pro patrimonio reputabitur donatio supradicta; si autem, quod Deus avertat, nos absque liberis mori contigerit, illi nostrum, qui superstes fuerit, altero decedente prefata donacio cedat perpetualiter possidenda absque reclamacione seu impeticione quorumcunque. Vt autem dicta donacio robor habeat firmitatis, presentes litteras sigillis nobilium virorum, videlicet Karoli Knutzson proloquutoris in Synderbo, domini Aberni^b prepositi ibidem, Thordonis Ingason, Kanuti Lindormsson, vna cum meo proprio feci communiri. Datum anno Domini M^occc^o septuagesimo secundo in crastino beatorum martirum Tiburtii et Valeriani.

Fem sigill markerade såsom vidhängda.

^a *Över bokstäverna pre överflödig re-abbreviatur A.* ^b *Härefter inom parentes Amberni A.* ^c *Skrivet cl^o A.*

X 166.

(1372) april 19.

Pera (på Cypern).

Jean de Lusignan, furste av Antiochia, tillskriver fru Birgitta (Birgersdotter) från Sverige och förklarar, att han jämte breven från sina släktingar kejsarinnan i Konstantinopel och drottning (Johanna) av Sicilien mottagit fru Birgittas brev med uppgiften om hennes ankomst till Cypern och med begäran om anbefallningsbrev för hennes resa till det Heliga Landet samt med bemyndigande för (hennes biktfader) biskop Alfons (av Jaen) att föra hennes talan. Furst Jean svarar, att han på grund av den epidemii, som drabbat Nicosia, ej kan vika från sin herres och brorsons, konung (Pierre II), sida

för att personligen besöka fru Birgitta men lovar låta utställa och ofördröjligen översända det brev, som biskop (Alfons) bett honom om. Slutligen utber sig fursten fru Birgittas förböner för sin konung och sitt av sjukdom hemsökta och av de otrogna omgivna land och tillönskar henne en fruktbarande resa till den Heliga Graven och de andra heliga platserna.

Avskrift i Vadstena klostrets stora kopiebok, cod. A 20, fol. 80 v, Sv. Riksark.

Ang. dateringen se Birgittas itinerarium enligt cod. Uppsala G 86, fol. 151 r och 152 r (ed. Cl. Annerstedt, SRS III: 2, 1876, s. 217), och cod. Siena G XI 20, fol. 15 r (ed. I. Collijn, Acta et Processus Canonizacionis beate Birgitte, 1924—1931, s. 636), vidare notiser om Cypern-epidemien återgivna i L. de Mas Latrie, Histoire de l'île de Chypre sous le règne des princes de la maison de Lusignan, II (Paris, 1852), s. 358. Jfr S. Kraft, Textstudier till Birgittas revelationer (i Kyrkohistorisk Årsskrift 29, 1929), s. 127 not 2.

Jfr Birgittas båda i brev avsända Cypernrevelationer DS X 169 och 182: (1372 omkr. maj 14) = Rev. VII: 18 och (1372 omkr. september 1) = Rev. VII: 19. — Birgittas återopade brev till Jean de Lusignan är känt endast genom referatet i föreliggande dokument.

Jllustrissime et deuotissime domine Brigide de regno Suecie nobis in *Christo* carissime Johannes de Lizignano princeps Antiochenus salutem in Domino · et accepto proposito / finis optatus prebeat · Vestra nouerit fama gloriosa nos litteras vestras / vna cum litteris illustrium dominarum jmperatricis *Constantinopolitane* · et regine Cicilie · sororis / et consanguinee / nostrarum carissimarum recepisse · vestrum aduentum in Cipro continentes / per quas rogamur nostras vobis velle litteras recommendatorias prebere · quibus valeatis infidelium terras parcium orientalium vobis deuotas secure visitare · dantes reuerendo patri / domino Alfonso episcopo · deuoto in *Christo* filio vestro · super explicandis vestri parte plenam fidem[.] Ad que respondemus / aduentum vestrum · domino nostro regi et nepoti carissimo · atque nobis · gratum fore / plurimum et iocundum · et multum gauderemus jllustrem de[u]otam^a personam vestram personaliter visitare · sed cunctarum rerum Dispositor ciuitatem suam *Nicossensem* nunc epidimia aliquantulum voluit visitare / vnde cogimur pro jllustris prefati domini nostri regis custodia / et vita cum *Christi* auxilio preseruanda / casalia diuersa / et montes discurrere / Adhibita^b verbis dicti domini episcopi plena fide / litteras quas pro vestra nobilitate petere decreuit eidem libenti animo precipimus pro libito suo faciendas / quas Deo duce predictae nobili deuocioni vestre transmittere curabimus sine mora · rogantes nobilem deuocionem vestram quatenus dictum dominum nostrum regem / nos · regnum · et habitantes in eodem in vestris deuotis precibus velitis cordialiter suscipere commendatos[.] Altissimum deprecantes vt huiusmodi epidimiam · qua plures fideles subito in Nicossia moriuntur · in longeuam vitam concedat misericorditer permutari · et hoc regnum vndique infidelibus circumcinctum^c sub alarum suarum tegmine vestrarum interuentu precaminum tuerj dignetur ac protectum habere · offerentes nos ad cuncta vestre nobilis deuocionis^d beneplacita semper promptos / Valeat ipsa vestra nobilis deuocio in Filio Virginis gloriose feliciter et longeuæ / qui vos cum familia vestra sacrum eius sepulchrum · et sua sancta loca taliter permittat visitare / quod inde celestis laus glorie / anime vestre salus / et populi deuocio valeant augmentarij · Datum in Pera¹ die xix aprilis.

Överskrift²: Jllustrj et deuotissime in *Christo* carissime nostre domine Brigide de regno Swecie.

^a denotam ms. ^b Före detta ord överflödigt ad ms (knappast felskrivet för ac). ^c cum skrivet över raden och insignerat ms. ^d Härefter expungerat nostre ms.

¹ By (casale, jfr rad 13) ung. mitt på Cypern, sydväst om Nicosia. ² Troligen = inscriptio på originalbrevets baksida.